

Q. D. B. V.
DISSERTATIO INAUGURALIS
MEDICO-PRACTICA

DE
SCABIE HUMIDA

TANQVAM
AFFECTV CONTAGIOSO

QVAM,
AVSPICIIIS DIVINITVS
CONCESSIS

CONSENSV ET AVTORITATE
GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS
IN ALMA ET PERANTIOVA HIERANA
ACADEMIA

PRO GRADV DOCTORIS
SVMMSQVE HAC IN ARTE SALVTARI HONORIBVS
AC PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS
LEGITIME IMPETRANDIS

H. L. Q. C.

A. O. R. MDCCXLVII. AD D. XXVII. MENS. MARTII,
ORBIS LITERATI EXAMINI SVBJICIT
AVTOR ET DEFENDENS

GEORG. CHRISTOPH. SCHILLER,
THVRINGO-ERFVRTENSIS.

ERFORDIAE,
LITERIS HERINGIANIS, ACADEMIAE TYPOGRAPHI.

DISSSERTATIO INAVGVRAALIS
MEDICO-PRACTICA

DE
SCABIE HVMI DA

TANQVAM
AFFECTV CONTAGIOSO

QVAE
AVSPICIS DIVINITVS
CONCESSIS

CONSENSV ET AVTORITATE
GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS

IN ALMA ET BEROLINICA HIERANA
ACADEMIA
PRO GRADV DOCTORIS
SVMMSQVE HAC IN ARTE SALVATARI HONORIBVS
AC PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS
LEGITIME IMITANDIS

H. L. G.
A. O. K. MEDICINAE AD D. KARL. MEXM. MARTIN
ORDIS LITERATI EXAMINI SVBICIT
AVTOR ET DEFENSOR

GEORG. CHRISTOPH. SCHILLER

ERFORDIAE
LITERIS HELINGIANIS, ACADEMIAE TYPOGRAPHICAE





D. D. B. V.

PRAEFATIO.



uanti, in uniuerso terrarum orbe, non existunt morbi! nitorem, candorem, lauitatem, quin immo plantiuem (in his enim formositas, cum contra pulchritudo, in partium conformitate consistit,) superficiae Cutis nostri corporis, vel ex parte, vel in totum auferentes ac deformantes. Accuratori enim mentis trutina si id perpendimus, palam nobis incumbit, ex tripode veritatis confiteri, quod innumeris & verbis non satis expressis, quam primum aerae vitalis usuram per pulmones acquirimus, & iuuante obstetrice, ex microcosmo

A 2

prodi-

prodimus, obnoxii simus affectibus ex. gr. Næ-
uis maternis, Scabici, a negligentia obstetricis,
umbilicum foetus, longe vel breue ligantis;
sanguinem vero non satis intro fluentem ex-
perimentis, oriundæ, sicut quidam perhibent, alii
vero quam plurimi idem negant ac pernegant.
Exulcerationi umbilici, hydrocephalo, inter-
trigini, crustæ lactææ, aphthis, variolis, & ita
porro.

Si itaque annos climactericos considera-
mus, & ad puerilem ac juvenilem peruenti, æ-
tatem, alii nos expectant hostes, qui formosi-
tatem Juuenibus & venustatem Virginibus de-
munt, ejusmodi sunt: Achores profundiores,
parotides, tinea i. e. faui continui profundio-
res, Scabies humida æque ac sicca, variolæ,
morbilli, elephantiasis Arabum & Græcorum,
purpura alba & rubra, vulnera, cicatrices, ca-
ro luxurians, excrescentiæ, sinus qui maximè
in loco deprehenduntur carnosus, gutta rosacea,
erysipelas, icterus, furunculus, carbunculus, am-
bustiones, lues venerea, fluor albus malignus,
lichenes, herpes, phlyctænæ, (hisige Blattern)
sudamina, verrucæ, ganglia, ulcera cancrofa,
strumæ,

strumæ, scrophulæ, febres petechiales, scarlatina, vesicularis & id generis.

Ætatem autem si peruenimus ad prouectiorem, varia morborum deprehenduntur genera, cutis elegantiam, ob acrimoniæ, nostro in corpore, collectæ copiam, deturpantia, quorum sunt pertinent: Scirrhi, tophi, cancer mammarum, labiorum, &c. fissuræ in labiis, papillis, manibus, pedibus, calli, & reliqua. Ad ultimum denique, decrepitam paucis perlustrare volumus ætatem, ubi in conspectum venit corrugatio cutis, pruritus totius corporis, facies Hippocratica; hinc inde diæterium verum est.

Forma bonum fragile, quantumque accedit ad annos;

Fit minor & spatio carpitur ipsa suo.
Verum enim vero cum impræsentiarum Thema quoddam inaugurale, mihi pertractare proposui, Cutis deformitas nec non abominabilis ejus aspectus, ansam cumprimis præbet, meque ad solutæ unitatis morborum classem conuertere jubet. Quoniam vero multi, qui præterlapso nostrouæ sæculo, hac de materia scripserunt, noui sunt autores; proinde hæstitaui

diff. hac, de rei elaborare. Sed Casus practicus
 calcar quasi mihi addidit, eum publici juris fa-
 cere & de Scabie humida tanquam affectu con-
 tagioso agere. Autores, qui ante me dissertatio-
 nes ventilarunt, mihi que innotuerunt, sequen-
 tes sunt: J. A. GOTTER *de Scabie* præside, D.
 ECCARD LEICHNER, Erford. 1680. plag. 2.
 J. W. SCHERFFERYS *de Scab.* præf. J. G. Win-
 ther, Rintelii 1690. plag. 2, *de Scab. retropulsa*
 J. T. LAURENTIVS sub præsidio J. J. FICKH
 Jen. 1710. item J. A. GORN. Pr. M. ALBERTI
de Scabie, Halæ Magdeburgicæ 1718. quas
 omnes ad unum perlegi, in illis autem nil ad
 scopum meum pertinentis reperi. Mihi quo-
 que adhuc nota est disputatio *de Scabie*, quam
 J. JACOB. RÖDERVS Argentorati promulga-
 vit 1710. quænam vero contenta sint, me plane
 fugiunt, quia istam non vidi. DEVS T. O.
 M. concedat, ut omnia nostra incœpta, in Su-
 premi cœlestis Archiatri gloriam ac proximi,
 hocce affectu cutaneo laborantis, & anxie me-
 dici temporalis opem quærentis, et molimen-
 tum atque solatium vergant & peragantur.

non sunt sicut
 innotuerunt

ε Δ

CASVS

CASVS PRACTICVS.

Cultor quidam Minerue Jenensis, tempera-
 menti Phlegmatico-Sanguinei, annorum cir-
 citer *XXIV*, victus amictusque limites transgre-
 diens, & vice non simplici, magnum temporis
 spatium cum inordinata ciborum ingurgitatione
 hilarique animo consumens, siquidem cum aliis
 fidicinum fidicinorumque cantu detectatus est;
 Denique cum eo peruentum est, ut natura alias
 benigna, nunc vero his rebus inordinate gestis in-
 digna, justas illi poenas solvere indicaret. Mas-
 sa enim Sanguinea sue quantitas, nec minus quo-
 que qualitas, per huncce statum peruersum &
 in dies sedulo continuatum, majus acquirebat in-
 crementum; ita ut non solum, per vestimento-
 rum aliorum studiosorum, morbo cutaneo labo-
 rantium, mutuum abusum, horum malum, per
 contagium in corpus suum transplantatum sibi
 ipsi contraxerit; sed etiam per longum tempo-
 ris tractum, in Massa humorum peruersa id fo-
 uere & alere coactus fuerit. Hic civis acade-
 micus, efflorescentiam cutis manuum, quando
 adspiciebat, animum ceteroquin gaudiis ac fa-
 cetiis

cetiis refertum (more pavonum pedes suos considerantium) perdebat, & secum perpendebat prov: exiles etiam res, magnitudinem animi, etsi non frangunt, tamen minuunt; Omnesque ejus actiones tunc temporis erant depressæ. Adolescens bonarum artium studiosus, à partibus meis amicus cordatus, anxie consilium curandi, & integram sanitatem, a me, Salana litora adhuc frequentante, restituendi petebat. Ego illum, omni seposita mora in curam assumpsi, & morbum, Scabiem humidam, quomodo eam cum omnibus circumstantiis deprehensis tractavi, breviter narraturus sum. Scabies prius conspicietur solummodo in manibus; dein vero per usum Spir. Vm. bezoard. sese quoque manifestabat circa collum, pectus, regionem umbilicalem, & maximam partem in natibus, exceptis vero pedibus. Prædicebam ei victus rationem & in omnibus ut obtemperare necesse sit.

EJVSDEM RESOLVTIO.

Victus amittusque limites transgrediebatur; edebat & bibebat, nullo respectu habito, an sit legitimum cibos capiendi tempus nec ne? hinc facili cui-
libet

libet innotescit negotio ex pathologicis, qualis noxa, ex cibis quantitate, qualitate & ordine assumendi peccantibus oritur. Id quoque valet de potu, qui in primis sæpius in excessu, a Juuenibus in eorum conuiujs, simul atque semel in cavitatem oris infunditur.

Amictum quod attinet, neminem medicorum fugit, uti id quoque testatur b. m. *Dan. SENNERTVS* *) inquiring: „In superficie cutis Scabiosorum, quædam „viscida & tenax humiditas colligitur, quæ per vestes „corpori communicata, humores in eo simul corrum- „pit, & sic subiectis ad Scabiem dispositis, ejusmodi „morbum inducit.

Hic Studiosus, modo hujus, modo illius commilitonis vestimentum, per septimanam induebat; cum tamen illos scabie infectos esse non ignorabat. Verum enim vero, magnum temporis spatium, cum inordinata ciborum ingurgitatione hilarique animo inter studiosos consumsit: per lasciuas itaque cogitationes atque discursus de amoris negotio inter juvenes atque virgines consuetos, sanguinem atque spiritus animales in motum auctum atque inordinatum redegit, & miasmati scabioso, in massa sanguinea jam tum latitanti, majorem motum fermentatiuum conciliauit, ut scabies efflorescere, & de parte in partem serpendo, uniuersum corpus defœdare possit. Id quod certo quoque loco ait *GALENVS*: „Humores prauis, qui intra „corporis latebras continentur & ad cutem euocantur; ad creanda ulcera & Scabiem procliuus sunt, **) &

*) *Med. Pract. Lib. V. P. I. Cap. XXVII. p. m. 122. sq.*

**) *Lib. III. Apbor. 20.*

& Scabies Neomuptorum, luce clarius hoc confirmat. Scabies prius conspiciebatur in manibus; ubi mox majores, mox minores animaduertebantur pustulæ, cum primis circa regionem carpi copiose prodeuntes: quoniam ibidem multæ glandulæ deprehenduntur li- quorem sœaginosum fecerentes, si nempe conqua- santur sicque ossa lubrica reddunt & loco musculorum arteriarum & venarum adsunt. Dein latius serpebant, & regionem dorsalem manuum etiam occupabant, his apertis, materia e viridi flavescentes promanans, consi- stentiæ erat naturalis, ubi autem illa consuebat, ibi affluxum humorum, per Θ ium irritationem, & subse- quentem minimorum vasorum seroso lymphaticorum corrosionem, faciebat. Humores autem inter cutem collecti, & extra circulum positi in pus mutabantur, quod pus denique fibrillas carneas partim extendendo, partim acrimonia sua delitescente, partes huc usque integras, solutas reddebat successiue destruendo.

Regulas diæteticas, ut nimium scil. ciborum sal- forum usum & vitæ genus inordinatum seponeret præscripsi, ne serum nimis fluxile reddatur & hoc mo- do cacochymia serosa ac Θ sa augeatur, & regula Me- dicorum locum inueniret: Corpora impura quo plus nutriuntur eo plus læduntur. Dein vero interne TR. \mathfrak{z} ij. adhibui, his autem consumtis & cum affectus cutaneus minime cedere vellet, aliam curandi viam elegi, puta præparavi MR. quæ

℞. Elixir. propr. c. liqu. min. anodyno facti \mathfrak{z} ij.
 Eff. alex. Sthal.
 rhab. aa. \mathfrak{z} j.

M. D.

M. D. in Vitr. S. früh 7. Uhr und Nachmittags 4. Uhr 40.
Tropffen in Thee oder Bier zu nehmen, & per singulas
XIV. dies purgans ex Pill. ꝑbus Num. XX.

Externum quod attinet usum medicum, sequens
ex residuo Spir. Vin. bezoardici ppti, (quod ex Fl. Sambuc. bacc. Junip. & cort. citri ac Citiorum constat) ordinavi lauamentum & vel calidum vel frigidum si applicatum fuerit, eximios præstat effectus. Post hujus autem applicationem, multæ vesiculæ antea inuisibiles nunc vero visibiles in conspectum venerunt, & uno audiunt nomine phlyctænæ, quæ sunt pruriginosæ, calidæ, Oso sero repletæ, & circa carpum atque inter digitos reperiundæ. Quoniam vero fluidum in itis valis calefactum, aerem inclusum expandit, sequitur ut integumentorum pars altera videlicet corpus reticulare mucosum, cuticulæ subtus arctissime nexum, vehementer extollatur, & in statu p. n. colores variantes (ut rubros, flauos, nigros, heic loci vero albos) ab humoribus stagnantibus, ut & per cuticulam transparentibus repræsentet. * Si autem tales aperiuntur vesiculæ pellucidæ, milii instar, liquor albilissimus sapore falsus profuit & apertura s. punctura acu capitata facta confestim conglutinatur. Vesiculæ vero si non aperiuntur, de die in diem colorem mutant & sic demum in pustularum formâ eminent. Ad harum pustularum maturationem & consolidationem ab extra, Balsami copiatæ inunctionem, otii consumendi causa, cum penicillo, bono cum successu suasi. Ea ad tem-

B 2

pus

* vid. Maurit. HOFFMANNVS in disquisitione C. H. anatomico-pathologica p. 3.

pus continuata, pustulæ manus quidem imminutæ; sed aliæ confluentes, loca sua fixa, in brachiis circa substantiam præcipue carnosam cubiti, siue musculos bicipitem & brachialem internum collocarunt, ita ut fere omnis flexura cessaret, vel saltem insigni cum dolore fieret. Curationis gratia in usum vocavi:

I. Bals. copaiv. illinitionem uti jamjam dixi,

II. Seminis lycopodii insperisionem,

III. Emplastr. de minio, id supra ponere & laxius alligare ordinavi, & sic quoque colli deligationem quotidie reiterandam necessariam duxi, quod pustulis q. f. scatebat.

Præterlapsis nunc aliquot hebdomadibus, cumque omnia bono in statu esse putarem, deterior morbi euadebat status: Scabies enim pro hac vice, artus tantum inferiores cum pustulis plus minus purulentis inuadebat, nullasque alias regiones affectas esse quam articulos sc. flexuram genui f. poplitem, dein tarsos ac metatarsos oculis objiciebat. Proin MR. supra allegatam sedulo continuavi & puluerem ex pulu. bez. Wedel. & Fl. ꝯ aa. ℥℔, quotidie mane hora IX. pro 1 Dof. assumere demandavi. Decrescente vero luna per singulos ferme menses, pill. balsamicarum doses III. ad gr. xx. per tres dies, tempore præsertim cubitum eundi deglutire, idque per aliquot menses continuare illi inculcaui. Externe autem ꝯis lycopodii insperisionem & dein Emplastri supra recensiti applicationem commendaui; hoc facto, malum nonnullis elapsis septimanis cedere videbatur & vestigia tantum pustularum, maculas videlicet violaceas relinquibat. Ut vero maculæ

læ deleantur necesse erat, ut transpiratio insensibilis decenti gradu in pedibus conseruaretur; idcirco perquam utile, usum tibialium ex gossypio paratorum (Baumwollene Strümpffe) caloremque conseruantium deprædicaui, & iis ut tam diu pedes foueret; quam diu mali symptomata medelam exposcerent: tibialia enim si rigida & materia tincta sunt, sequitur ut hæc exuat ac munda induat. Et vere egregium præstitit emolumentum, non solum enim transpirationem successiue elicuit, sed etiam continuo eam conseruauit, quæ antea in ægro, me iudice, pedibus nudis dormiente, impedita erat. SANCTORIUS * etiam atque etiam commendat horum usum; siquidem obseruauit, quod homines pedibus nudis dormientes sibi minus transpirent quam tectis aut velatis. Pro dolor vero! affectus nominatus per *melasuram*, in fluxum laticis limpidissimi siue ichoris hallucis dextri, circa juncturam ejusdem unguis mutabatur, quem, Medicorum theoretico-præacticorum iudicio fluxum non ac si scabies adesset, pertractare & simul sistere oportet, sed potius medicamentis traumaticis & abstergentibus quin immo anticatarthalibus iuuare. ** Proinde alternatim inungere Bals. de Peru, de Copaiua, suafor fui. Fluxu vero increfcente usum balsamorum continuans hallucem Empl. de minio probe obtegere, immo quotidie mundificationem ac deligationem in se suscipere ægroto

B 3

deman-

* In Statica medicina.

** Verba ita sonant: Pruritus & exanthemata, non tam festinanter ac Scabies adesset tractari debent; sed sapius catarrhi per *melasuram* illic collecti sunt.

demandavi. Medicamentis quoque internis anticitarrhalibus ac bezoardicis adhibitis & durante morbo continuatis, fluxus denique cessavit, patiens a morbo liberatus cutem vetustam, more anguium exuit & novam induit. An vero adhuc inter viuos versetur melatet. Præmissis præmittendis ad specialiores Nos conuertimus pertractationem & illustrationis gratia, plurima volumus facere verba de Scabie humida.

DISSERT. INAUGVRALIS MEDICO-PRACTICA
DE

SCABIE HVMDA

TANQVAM

AFFECTV CONTAGIOSO.

SECT. I.

CAP. I.

Onomatologia.

Ubi pertractanda veniunt:

Instituti ratio §. 1. Etymologia §. 2. Synonymia §. 3. Homonymia §. 4. Subjectum §. 5. Objectum §. 6. Contagium §. 7. 8. Miasma Scabiosum in quo constat? §. 9. Pruritus quid? §. 10. 11. Quod pruritus non sit Scabiei signum pathognomicum §. 12. Quando augetur & imminuitur §. 13. 14. Luffula unde §. 15. Quid? §. 16. Quotuplices? §. 17.

§. I.

Tametſi orbis literatus multis egregiis obſ. Medico-Practicis nec minus quoque epistolis gloriari

riari valet; inter quas nonnullæ, observationi meæ haut dissimiles, hac tamen vel illa circumstantia differentes deprehenduntur; idcirco aliis quoque secundus esse nolui, quoniam Medicinæ Doctorandus sum, & Specimen pro gradu Doctoris capeffendo, promulgare, officii mei ratio exigit atque postulat. Quam ob rem, opportunam arripui occasionem, de Scabie humida contagiosa, dissertationem scribendi. Genuinam autem hujus morbi denominationem verbalem, ut inquiramus, cæteris supersedemus & progredimur ad

§. II.

Initium itaque sum facturus, juxta illud effatum: Principium scientiæ est terminos cognoscere & nomen disquisitio, qua bene instituta, facilius eruenda erui possunt, & dicenda facilius patefcunt. Deriuatur ergo a verbo Scabo uti nonnullorum sententia est, græce ei impositum nomen ἰ ψάρα. verbi ψάρα Lev. XIII. v. 6-8. tamen vox psora, longe alium fouet sensum, quam stricte sic dictæ Scabiei. LYCIA eam nominat ψαλιαν, sed hoc vocabulum, alium indicat affectum uti videre est apud RAVENSTEINIUM *. Jodocus vero LOMMIUS ψορός appellari contendit **. Ego autem ψάρα nomino, a verbo ψάω. Gallice audit: La gale, gratelle, rogne. Germanica nostra vernacula lingua a fricando dicitur: Die Kråse, Raude, Schåbe, der Grind. Humidæ vel serosæ, ob quam causam subit nomen, ratio

* Quem vide sis in Lexico medico-græco-latino p. 412.

** Manu euolue Obsf. medicinal. cum præf. G. W. Wedel. sub tit. Scab. p. m. 257. sed male, nam prurium denotat. vid. HIPPOCR. III. apb. 31.

tio hæc est: quia pustulæ in cute eminentes, si aciculis aperiuntur, vel per se rumpuntur, cuticulam humidam reddunt, & humorem variæ consistentiæ & coloris conspicuum emittunt. At enim vero, inter affectus contagiosos quare refero, infra pluribus patebit.

§. III.

Scabies varia nomina & epitheta sortitur: Morbus enim pellis, * contagium pellis ** nuncupatur; Scabrities, Scabrum, Scabritia cutis, scabretudo, scaber affectus, & Vates Virgilius eam scabram rubiginem dixit; porro cutis inæqualitas, modo pustulis humidis modo siccis, efflorescentia cutis, affect. in corporis cute, ulcera cutis superficialia, malum superficialium cutis, exanthemata scabiosa, defœdatio cutis, germanico idiomate das Jucken der Haut.

Ratione vitæ generis & officii dicitur Scabies Studiosorum, quam a motu vehementi, post pastum instituto, ad euitandum malum hypochondriacum sibi contrahunt, & HORSTIUS illam inter Studiosorum morbos recenset ***. Quies & otium, salinæ atque pulverulentæ acres partes, poros obstruentes & cutim corrodescentes, cutis affectum etiam producant, uti videre licet: in sutoribus, sartoribus linteone aliisque qui sedendo operas suas conficiunt unde diuersas appellationes germanicas accepit, v. g. die Leinwebers-Krankheit, Schneiders-Courage.

§. IV.

* *vid. J. B. van HELMONT ortum medicina p. 255.*

** *Idem ibid.*

*** *In Tr. de conseruanda Studiosorum valetudine.*

§. IV.

Scabies duplici sumitur significatu. Primum sumitur in sensu strictiori, ubi affectum cutaneum detestabilem & cutis C. H. qf. aspectum denotat, nobisque ob oculos sistit, uti ex PETRARCHÆ disticho videre est*:

Est mala res SCABIES; mulier mala pessima res est:
Illa cutem mordens; hæc animum crucians.

Et HORATIVS vates, certo quodam loco in hunc modum canit:

Jam mala me SCABIES, jam morbus regius urget.
Deinde latiori in sensu sumata, diuersos acquirit significatus:

I. Die Kråge, Gallice la lavûre, (unde prou. die Sache gehet in die Kråge.) Ist bey den Gold und Silberschmelgen, alles, was unter der Arbeit abgeheth, und in der Aschen oder im Kehrigh zurûcke bleibt & cætera **.

II. Sermonem friuolum ac satyricum indicat, sic enim apud HELMONTIVM legi potest: Scabiosum theorema***. Porro Scabri versus audiunt obscœni versus.

III. Huncce tenet sensum, quisquis inter poetas infimus & postremus inque conficiendis versibus eruditione haut solidus, sed tantum gloriosus, ille sit infelix; quam ob rem Q. F. HORAT. exclamat: occupet extremum SCABIES!****.

IV.

* Perlustra, dessen Zrost. Spiegel, Lib. II. c. 85.

** lege sub lit. k. großes und vollständiges Uniuersal-Lexicon aller Wissenschaften und Künste, XV. Band, fol. m. 1651. 52.

*** perlege Cap. de Scab. & ulcerib. Scholarum num. 8. p. 257.

**** videatur ejus ars poetica v. 417. p. m. 958.



IV. Nobis rem caducam & deperditam ostendit uti faex plebis res abjectissimas & vilissimas cum crustis scabiei comparat.

§. V.

Subjectum vel late vel striete heic loci quoque sumendum est. Sub subjecto enim striete sic dicto, omnia ea intelligo, quæ ut plurimum integumentorum communium nomine nota sunt. e. c. Cuticula corpus reticulare mucosum MALPIGHII, cutis, panniculus adiposus, carnosus in facie, membrana muscutorum communis, muscoli ipsi. Omnium vero definitiones, ex suo loco anatomes petendæ sunt *. Late vero sumtum, omnia ea simul comprehendit, quæ a scabie retropulsa pati coguntur, sicque organa nostra sensoria ab extra haud afficiunt: talia sunt tam viscera nobiliora quam ignobiliora, systema glandulosum, arteriosum ac venosum &c., sed certis tantum signis dijudicare possumus e. g. ex respiratione difficili, epilepsia, convulsionibus, ophthalmiis, febb. asthmate, pleuritide & similibus. De his morbis ex Scab. repulsa originem trahentibus. vid. Cap. IV. Sect. I. §. 3. nostræ dissert.

§. VI.

Objectum sunt tria Naturæ regna.

Proprie versatur Scabies circa regnum animale, in quo homo mortalis tanquam animal rationale, præ reliquis supremum tenet locum: huc pertinent uterque sexus, nulla est exclusa ætas; sed omnes, certis anni tempo-

* Præ cæteris hac de re legi meretur Ill. Laur. HEISTERI Commentarium anatomicum.

temporibus, pro re nata huic affectui cutaneo obijciuntur. Ad classẽm vero animalium irrationalium refero ut: Canes, in quibus audit herpes die Staude, qui malum hoc contagiose propagant, dum ex una domo in alteram currunt*; felum Scabies epidemica per Westphaliam olim grassans, uti id literis demandatum fuit à b. m. WEDELIO**. Oues, porci, columbæ & alia animantia. Improprie reliqua duo regna curiositatis gratia ductus adduco:

I. Regnum Vegetabile ubi partim appellationes, a figura externa quam præ se ferunt, desumserunt; vel si radices, excrescentias nimirum; vel nodulos minimos immo & squamulas in substantia habent: tales sunt rad. squamosæ e. g. lil. albi, squamariæ, i. e. Schuppen-Wurz, asphodeli, &c. Rad. tuberosæ v. g. tubera terræ, solinum tuber. Radd. geniculatæ ut: trifol. fibrin. graminis, vel folia cum herbarum tum arborum, si scilicet membranaceæ istorum expansiones, fluidum vel nimis spissum, vel nimis rarefactum, ex quo etiam facile disruptio cuticulæ sequitur, vehunt, id quod tamen probabiliter tantum assumo: cum Botanici in hunc usque diem nil certi defendere queunt***. Vel in fructibus e. c. pyris, pomis, gallis & sic amplius.

Partim ab usu Medico contra scabrum affectum directo, e. g. Scabiosa pratensis hirsuta officinarum

C 2

ejus-

* *cuolu. SCHROECKIUS in Schol. ad HELWIG. obbf. p. 521.*

** *in Miscellan. curiosis.*

*** *conf. Dr. C. G. LYDEWIG. Instit. historico-physic. regni vegetab. §. 451. p. 187.*

ejusque species *Apossemkraut*, *Gründkraut* *. *Ruta hortensis latifolia* C. B. omnes ejus species *Kraute* **. *Fumaria* DIOSCORIDIS & officinarum *Acker-Kraute*, *wilde Kraute* ***. *Tormentilla officinalis* sylv. C. B. & T. *Kothenburg*, est rad. traumatica & alexipharmaca. *Polypodium Engelsii* in dorso scabritiem habet, ideo ejus decoctum *Scabiam* **** pellit.

II. Regnum minerale, in quo a figura quoque externa, huic affectui haud absimiles, nominati sunt lapides e. g. lap. variolatus, mater perlarum, fluores minerales varii generis, pyrites diversæ speciei, &c.

§. VII.

Nobis pertractare proposuimus contagium, quo considerantur:

I. Ejus natales: Oritur enim ex putrilaginosis, nidorosis, corruptis ac destructivis, M. S. morbo cutaneo vel aliis morbis laborantium partibus, motum intestinum foventibus ac instar effluviolorum in aërem ambientem transpirantibus.

II. Quid? Miasma s. contagium scabiosum sunt exhalationes noxiæ per dispositionem morbosam (ex §. modo allegato Num. I. patet) mediante sanguinis circulo

* *voelue* H. B. RUPPII *Floram Jenens. Locupl. editam* 1726. p. 174.

** *id.* h. c. p. 71.

*** *cit. autor* pag. 205. *J. H. CARDILVCIVS* in *seiner neue aufgerichteten Stadt- und Land- Apotheke*, Tom. I. edit. 2da p. m. 671.

**** *vid.* *Oswald. GROLL. Tr. de Signaturis internis rerum* &c. p. 79.

circulo vehementiori in Δ , per cutis poros sese moventes, ac sua fermentatiua viscosa & lenta, qua pollet, qualitate (vid. cas. pr. resolutio) transeuntes aliis adhærendo.

III. Modus agendi in corpora vel sana vel ad morbum disposita. Omne enim subtile ac minus destructibile corpus humanum ab extra contingens, huic tanquam grauiori adhæret. (uti ex defin. Num. II. data in proptulo est.) Si igitur adhæret, sequitur ut osculis pororum cutis externis, nisi corporibus solidis (quorum officium est, peregrinum quoddam e corpore eliminandi & foras eijciendi) fortiter adhæreat; dein ex collectione & pondere, ad poros cutaneos internos deferatur ac deuoluitur, qui retinendo & colligendo excludendum, vices suas subeunt*. In poros vero cutis, nulla alia inserta sunt vascula quam sanguifera, & quidem extremitates subtilissimæ. Arteriolarum enim extremitates recipere nil possunt, cum amplius afferant sanguinem, non autem reducant; angustiores vero secernant & in poros cutis deponant serum tenuius. Non vero hæ extremitates possunt una emittere contenta, & recipere alia per eandem viam, quia motus contrarius esset; In venularum itaque extremitates ut recipiantur necesse est. Ampliores vero cum in poros cutis non hient, sed extremis arteriolaris, sanguinem effluentibus connexæ sint & ex his sanguinem reuehant, immediate nil ex poris absorbere vel recipere

C 3

pere

* vide sup. Diss. de insensib. transp. sub Præsidio J. A. FISCHERI a resp. Dn. G. M. NITSCHÆ. Erfurti 1720. habitam S. IX. p. 12.

pere valent; angustiores igitur poris cutis inserta esse & in eosdem hiare, concludendum esse existimamus. De his extremitatibus arteriolarum immo & venularum subcutanearum. conf. RYYSCHIVS *.

§. VIII.

Noxam inferendo agit motu, si nempe per poros cutis ab- & reforbentes contagium hocce MSeæ vel ab extra vel ab intra cum aere noxiis vaporibus repleto, per inspirationem successiue commiscetur; hoc facto nostrum fluidum vitale calidum rubicundum ac reliquos humores, ad destructionem modo rarefaciendo ac putrefaciendo, modo quoque coagulando disponit; quinimo interdum integram unitatem auferendo, si acidæ nimirum quædam exhalationes per cutis spiracula exeunt, & per aeris motum tremulum versus alterius pelluntur corpus, ibique in id sese insinuant, tunc lympham ad humiditatem partium destinatam inquinant & in quietem ducunt, ex his ita sese habentibus acrimoniam in dies acquirit ac tandem vasa corrodit. Hinc sequitur, quoniam corpus ejusmodi gaudet poris, ut magnes sit, qui ex aere liberiori aliquid attrahit & sic malignitatem in partes fluidas transportat, ut exemplum ægrorum, tempore hyemali sese passim in hypocaustis associantium, contagii propagationem satis superque declarat; id quoque experientia rerum magistra in morbis contagiosis nos docet &

J. G.

* in opp. anat. de fabrica glandularum p. 53. 54. item Diss. de transp. insens. & sudore præf. J. A. WEDELIO, resp. J. G. CELLARIO, Jen. 1728. §. XI. p. 9. 10.

J. G. KRUGERVS exemplis rem nobis perspectam facit*.

§. IX.

Quale fermentum, Miasma scabiosum secum ducat (ex §. 7. N. II. constat) sed adhuc aliis plus justo, viscido immergis imprægnatum est particulis, e. g. alcalinis, acribus atque Sino-Ædis; Sapore vero Hippocratico, ex sale plus minus acido subtili consistere debet. Sed sit ut sit, heic potius ad infecti complexionem subiecti respiciendum est: quænam nimirum partes magis commouentur vel alterantur, quibus mediantibus pruritus producut.

§. X.

Est itaque pruritus sensatio leuior ex parte tristis ex parte vero jucunda in cute, a Æbus acribus ibi subsistentibus ac fibrillas nerueas irritantibus sicque spirituum animalium motum excitantibus.

§. XI.

Quæstio heic oritur quotuplex sit? Est vel uniuersalis vel particularis. Uniuersalis græce *κνισμός*, germanice das *Zucken* oder *Beissen* der *Haut*, qui totum corpus occupat, a capite puta usque ad pedes, & plerumque a materia acri subsistente fit, quæ paululum vasa sanguifera constringit & uno appellatur verbo das *Sau-Zucken*. Particularis qui singulares tantum afficit partes;

* P. II. Physic. p. m. 349. sq. c. VIII. von der unmerklichen Ausdampffuna. §. 186. p. 351. item §. 187. §. 194. p. 368. similia legi meretur HORSTIUS obs. medic. L. VI. de morbis contagiosis & J. P. CONSTANTINI Parisiensis Medici Lib. VIII.

tes; plures subdivisiones legere cupiens adeat ad S.
HAFENREFFERYM *.

§. XII.

Sed Pruritus de quo, modo mentio fuit facta, (§. IO. II.) non tanquam signum pathognomicum Scabiei assumendum est; interdum enim reperitur in istericis, ubi ab acri bile sub cute latitante sese exerit. Et Medicorum Princeps, inter morbos seniles pruritus refert **. Porro neminem Medicorum præterit Vena medinensis in Guinea & Africa, endemia ubi incolæ afficiuntur; 1) cum sensibili pruritu in brachiis & pedibus aliisque carnosis & adiposis corporis partibus, 2) oritur postea vesica instar pisi, cujus interdum magnitudinem excedit, quæ per se vel ope chirurgi rumpitur, quo facto instar niuis, vermis foras reptat ***. Sed in Scabie tanquam concomitans pustulas vel quasi consequens ad pustulas considerandus venit pruritus; interdum quoque, cum primis humida in Scabie, nulla manifesta doloris pruriginosi ac urentis exhibet vestigia.

§ XIII.

Ad tempus quod attinet inquirendum quo scilicet augetur & imminuitur progredimur & ostendimus quod vehementia & cruciatus doloris nimirum tensiui æque ac punctorii, maxime circa nocturnum tempus exacerbentur: nam calor nostrum corpus circumdat sicque tali modo in succis stagnantibus fermentationem

* in suo Nosodorbio de Cutis affectibus, Lib. I. Cap. XIV. p. 100. 101.

** Aphor. XXXI. Sect. III.

*** legi meretur Tr. Dr. WELSCHII de hoc affectu.

nem promouet. Ad augmentationem caloris aliquid confert, illumque fere intolerabilem porro reddit: æstas, hypocauftum calefactum, stragula & similia calorifica.

§. XIV.

Pruritus vero imminutio diuerfas agnoscit causas; etenim fit quando ægroti subito ex hypocaufto calido, vel Δ calido in aerem frigidum, vel locum frigidum sese conferunt; ubi horum partes pituitosæ per vasa minima vehuntur, nulla vero in cute, eo tempore fit excretio: ob poros a frigore confestim contractos, & si frigus paulo majus est, ob pituitam in extremis ac tenerimis nervorum vasis subsistentem; Vires hinc imminuuntur ut pituitæ propulsionem per vasa angustiora haud amplius promouere valeant. Huc aliquid quoque contribuit temperamentum plus iusto phlegmaticum, cum ex aduerso §. anteced. temperamentum cholericum æstus gradum augmentat.

§. XV.

Ex §. 12. constat quod pruritus sit consequens ad pustulas; hinc nostrarum quoque est partium quid de pustulis dicendi: pustulæ vel ichorescentes vel purulentæ, natales suos desumunt a lacerata atque disrupta cuticula, corruptisque humoribus causata; hoc facto fluidum contentum, tam inquam externe alteratum, effluendo sensim in crustulas instar gummi concrefcit. Corruptio enim est actio, in fluidis extra circulum constitutis E. causæ pustuiarum sunt humores cacochymico-ferosi extrauasati, & sic in motu quidem intestino, non vero progressiuo constituti, unde Θia & ♁ hu-

D

morum

morum extravasatorum, tam in se inuicem quam in partes vicinas, eas destruendo agunt. Alii vero id nobis sic explicant, dicentes: Sanguis & lympha vasis capillaribus elapsa, si cutem & cuticulam eleuant, huic adhærendo, pustulas plus minus purulentas producant. Cl. BECCHERVS communi experimento generationem puris claram nobis facere studet, nam inquit: Si particulæ oleosæ cum ∇ is sufficienter dilutæ sunt, albedinem præ se ferunt, ut ex emulsionibus pharmaceuticis lacte & aliis fatis superque constat*.

§. XVI.

Pustulæ sunt ulcuscula superficialia, originem suam trahentia (uti modo fuit demonstratum §. 15.) a sanguine vel lympha, ex vasis suis extravasato ibique collecto, & in pus vel ∇ sum vel sanguinolentum conuerso. Si autem hujuscemodi pustulæ decidunt, aliæ iterum generantur, quia nova quasi propullulat materia ex tubulis subcutaneis, quibus resistentia fuerit ablata (per exper. aërometr.)

§. XVII.

Jure meritoque E. diuiduntur in humidam vel siccam. De pustulis quæ absque humiditate & ichore, proueniunt, & dicente HERNIO a bile sunt, fastigiatae & acuminatae sunt, sed de his heic sermo nobis non est. Humidæ autem audiunt, quæ latiores albicantes vel subflavæ, cuticula a substrata cute abscedente & ob contentam saniem inflata quam plorant discissæ, cum cutis laxitate efflorescunt. Pustulæ latæ HIPPOCRATIS
elogio

* in *Physica subterranea* P. 1. p. 722.

elegio minus pruriunt, siquidem a pituita sunt *. Et
 CARDILVCIVS hujus Senis sententiam ingreditur in-
 quiens **: „Die ein feuchtes und viscoses Geblüte haben,
 „die bekommen nach dem Krageu breite Blattern und feuch-
 „te Rufen, welche Blattern im Aufstiechen einen dicken weiß-
 „sen Eiter von sich geben, welche viscosité sich selbst di-
 „luiret, glatt und schlüpffrig machet, daß daher kein son-
 „derliches Beissen entstehen kan. Hic quoque monen-
 dum est, quo succulentius subjectum, eo majores ean-
 dem ob rationem pustulæ erunt. Si a pituita non
 Osa, pruritus est remissior, color ad liuitatem inclinat
 & subalbicans conspicitur; humiditas multa apparet
 cum pustulis latioribus, factaque apertione materia ex-
 pressa albida prodit. Pustulæ Scabiei humidæ prom-
 tiores sunt ad contagium; quia magis actiuo præditæ
 sunt fermento ***. Verum enim vero ut ad alteram
 quoque pustularum speciem, cum pruritu fere intole-
 rabili conjunctam progrediamur, sequentia theorema-
 ta Medica ut mente teneamus necesse est:

I. Si pustularum genus a causis internis ortum trahit,
 & quidem a sanguine corrupto ac Oso, tunc adest
 plenitudo totius cum humiditate & pustulis acutis,
 sed non admodum latis & ubi unguibus roditur
 sanguis exire solet.

II. A pituita salsa, pustulæ sunt parvæ, locus flavescit
 D 2 &

* Lib. VI. Apb. IX.

** Zu seiner aufgerichteten Stadt- und Land-Apothecke, Cap.
 LXI. sub tit. Scab. Tom. III. p. m. 218.

*** vid. MERCVRIALIS de morb. cutaneis Lib. II. cap. 4.

& liuescit & quasi squamæ exeunt & pruritus augetur*.

III. Si a cholera, siccitas & ariditas membri laborantis adest, pustulæ acutiores & sicciore sunt, materia emanans est biliosa & ichorosa, locus est subflauus vel pallidus. Qui plura de pustularum generibus scire cupit, euoluat A. Corn. CELSYM**.

CAP. II.

In quo pertractamus:

Contentum in pustulis quid? §. 1. Cujusnam indolis sit? §. 2. Autores discordantes ratione prosapia acida vel alcalica & sic porro. §. 3. 4. Nostram sententiam. §. 5.

§. I.

Quale sit contentum in pustulis, heic merito quæritur? sed ex antecedentibus §. 15. 16. nostræ inculcatum est memoriæ, quod sit aut lympha quantitate, qualitate vel motu deprauato peccans; aut sanguis qui æque triplici peccare potest modo. Sed magis de qualitate dyscrasiæ humorum vitiosa hoc in capite sermo est.

§. II.

In medium prouenit quæstio cuiusnam indolis sit, aut ex quibus partibus constitutius lympha aut sanguis destructus & extra circulum constitutus consistat? (§. 15. & 16.) Etenim Autores & rei Medicæ Prædici hac de re nil certi defendunt; quoniam pustularum

* CARDILVCIVS c. 1.

** in lib. VIII. de Medicina Cap. XXVIII. §. XV. p. 358.

rum & ulcusculorum diuersa sanguinis humorumque intemperies, quin immo ipsius cutis ægrotantis diuersa textura laxior vel constrictior existit. Dantur enim Medici hoc vel aliud statuentes, quod aliis e diametro oppositum est ac in totum negant. Idcirco operæ prærium duximus Autores quam maxime discordantes, quantum paginarum angustia permittit allegare, nostramque simul hac de materia annectere mentem.

§. III.

Sal acidum subtilius pristinis jamjam temporibus tam philosophi quam etiam Medici statuerunt. Inter Philosophos primatum obtinet Jacob. SADOLETUS Episcopus & Cardinalis, inquit: „Scabies est morbus vulgaris & omnibus notus, quem psoram græci vocant, nos vertimus Scabiem, cum sanguis acescens, sparsim e cute conatur erumpere & quacunque funditur, propter acumen stimulis pungit inficitque corpus & inficiendo pruritus acreis ciet, qui sunt quasi fermenta quædam & non appropinquantis doloris. Inter viros quædam & non appropinquantis doloris. Scabiem humidam a sale acido una cum aliis deriuare conantur: J. J. WALDSCHMIDT; ** ut & F. D. SYLVIVS *** humorem acrem ædum in cutis superficie hærentem statuens: nam cutis rubedinem & apertionem, ab acri mordaci & ad Sedinem muriaticam tendente humore deducit. Non minus quoque in horum

D 3

eru-

* in Libro de Laudib. Philosophia intitulo S. A. C. 1541. impr.
 ** Lib. VI. Cap. XIV. Colleg. ad cas. medicinal. TIMÆI von Gülden Klee.
 *** in opp. medic.

eruditione conspicuorum Artis Salutaris Doctorum sententiam æque ac opinionem transit Jo. DOLÆVS*.

§. IV.

Veruntamen alii assumunt \ominus , quod vero eis perinde est, siue sit alcali, \ominus commune vel \odot , vel \ominus \star cum (quod ex \star do \ominus comm. & alcali volatili Elfo combinatum est.) Id quod \ominus ex sua præconcepta opinione diuidunt in \ominus A Elsum & \ominus fixum, ex qua dein diuisione, causæ morbificæ propagationem & pruritum explicare autumant. In horum censum pertinent: Theoph. PARACELSVS**. Sequenti dicens modo: „Salia corrosiua pro sua diuersitate a calore interno destructa & dein natura expultrice versus peripheriam propulsa, in conspectum produciunt Scabiem. Hunc excipit HEMONTIVS, \ominus sum ichorem pruritiuum ac urticalem assumens; sed hic suo æuo eruditus vir, \ominus nobis enarrat, quod pruriendi ac urticandi possidet qualitatem; cum tamen longe aliter nos informant microscopia, quæ ostendunt, quod rubor cutis minime gentium a \ominus sic dicto urticæ dependeat, sed a spiculis exiguis, in superficie hærentibus, manusque quam proximè tangentibus, ibique in poros cutis sese insinuantibus, ex qua dein facta irritatione atque superficiali inflammatione ruborem sistunt. Juxta autem WILLISII sententiam, constare ex \ominus no. \star do humore in glandulis cutaneis constantè residente. Nostrum vero non est nimis prolixiores esse & limites hujus diss. transgredi, sed

* in sua Encyclopædia chirurgica rationali Lib. V. Cap. IX. §. 10. p. m. 1185.

** Lib. II. cap. V.

sed cupidine plura sciendi ductus Medicorum theoretico-Practicorum volumina, manu diurno ac nocturno ut euoluat necesse est.

S. V.

Cum enim tam verum quam quod verissimum, quod res adhuc sub iudice ventiletur, nil interest, & lubentius Medicis eruditione & subactio ingenio claris sua sententia ratione acceptæ indolis concedi potest; Nostram vero quod attinet hac de re sententiam, eo magis redit, ut præcipue ad ægrotantis miserrime afflictæ spectemus temperamentum, qualiscunque cacochymia in hoc vel illo, Scabie laborante loca sua fixa habeat. Etenim ex physiologicis inter omnes constat, quod si MS. partium proportionem probabili assumimus modo, tunc Θ ædi quantitas est = 1. Θ alcalici = 11. partim \bar{v} earum = $22\frac{1}{2}$. Φ ris = 25. usque 30. serosarum = 1000. circiter *. Proinde facili concludendum est negotio, si partes alcalicæ magis prædominantur in corpore ac acidarum præsens quantitas, sequitur ut partes rubicundæ in nostra massa appareant, quoniam serosæ in subdominio sunt, id quod satis quoque exper. per V. S. nobis ob oculos sinit. Si itaque partes alcalicæ cum Φ eis præsentibus combinantur & unum quasi efficiunt corpus, hinc varia Massæ humorum impingunt nocumenta, si in tubulis subcutaneis stagnant ac solutas secum ducunt unitates. Etenim M. S. crassis diuersa est & ideo diuersas secundum temperamentorum mixtionem producit cacochymias, quæ dein varia

* vid. H. HAMBERGERI præceptoris mei longe deuenerandi Physiologia in MSro §. 13.

ria quoque fortiuntur nomina, prout nempe partes hanc vel illam constituentes præsto sunt. Si enim partes alcalicæ volatiles vel etiam alcalinæ unacum Feis præternaturaliter abundant, serum vero in subdominio est, dicitur cacochymia biliosa. Quando autem serum, (cujus partes magis quam par est cohærent) eminet, Cacochymia pituitosa appellatur; & illa iterum dispescitur in viscidam tantum, quæ nempe ex Feo-viscidis composita; dein in viscidam & Fdam, quæ ex particulis Fdo-Feis copiosis, coagulum facientibus, constat. Et denique in serosam, si Oia nimirum acria nimis copiose adsunt, ita ut serum quidem copiosius, magis tamen actiuum & fluxile quam iners sit.

Proportio M. Seæ præternaturalis particulas acidas fixas & Veas abundantes continens; alcalinas ac sulphureas vero depressas atque Veas deficientes contra referens, Cacochymia Veteribus Melancholica audit. Partes vero Onæ acres atque Feæ siue Ales, siue Væ, in paucis autem sero Fdæ austeræ, Feæ, si in parte rubicunda eminent, cacochymia Atrabiliaria nomen accipit; per Synthesin enim chymicam luculentius apparet, si Fdum cum liquore bilioso vel Osso miscetur, inde ut oriatur color niger*. His igitur præmissis genuinam nunc Scabiei profapiam qui explicare contendit, ille mecum uno oculo ad temperamentum siue M. S. crasin; altero verum ad res nonnaturales ac præternaturales cacochymiam hancce in hoc vel illo subjecto efficientes æque ac fouentes respiciat.

CAP.

* Cf. HANBERGERVS *Germania decus in sua Pathologia adhuc in MSis non edita* a J. 116-122.

CAP. III.

Pragmatologiam sistit.

Quo agit

§. 1. De Scabiei definitione. §. 2. Divisione. §. 3. De rebus naturalibus. §. 4. Nonnaturalibus, §. 5. Præternaturalibus.

§. I.

Scabies humida contagiosa, est malum superficiarium in cute C. H. præsertim in manibus, circa radices digitorum ac eorundem interstitia, (ex resol. cas. pr. in liquido est) cum asperitate, pruritu (Sect. I. Cap. I. §. 10. II.) ac pustulis latioribus, inflammatoria rubedine circumferentiæ, huc vel illuc sparsis (Cap. I. §. 15-17.) a cacochymia serosa acri (Cap. II. §. 5.) & per miasma (§. 7. Num. II. sqq. Cap. I.) translatum, natales suos petens.

§. II.

In siccam & humidam diuiditur Scabies. De sicca his in pagellis non sumus acturi, sed quasdam tantum species notatu digniores, primis attingere volumus labris, e. g. Scabies volatica*. Pfora, quando uniuersa cutis scabra dura & sicca euadit, superficies corporis crassa obducitur ac furfuracea scalpendo abraduntur. Lepra Græcorum, Lepra Arabum s. elephantiasis.

Humida quæ dispescitur in Scabiem capitis, & quidem partis capillatæ ut: achores profundiores; vel non

* Job. AGRICOLA P. I. Annot. in medicamenta chymica. Job. POPPII p. m. 289-90.

non capillatæ, tales sunt: crusta lactea, aphthæ in ore & labiis, exulceratio faciei *. Porro in benignam & malignam; Scabies a quantitate ipsius lymphæ proficiens, non tantum periculi inuoluit, quam ea quæ a qualitate deprauata oritur, illam benignam, hanc autem malignam contagiosam compellamus, ad quam posteriorem variolas, variolam magnam i. e. Scab. Hispanicam referimus. Humida vero Scabies quod contagiosæ sit naturæ, conf. Fr. HOFFMANNVS **. Species Scabiei quæ huc recenseri merentur, paucis complecti animus est. Sequuntur diuersis insignitæ appellationibus ut: Scab. infantum ***. Scab. foeda & deturpata cuiusdam grauidæ pauperculæ ex pica in Infan-tem transplantata ****. Manuum *****. Diurna per IX. ann. durans *****. Foeda & horrenda a multo tempore inueterata * Scabiem Hispanicam in bar li- macum, deprehendit HAUPTMANNVS **. Scabiem cum vermicibus in illa obseruatis, annotauit BOREL-

LVS

* C. B. BEHRM *Selecta diæterica Sect. III. Cap. II. §. 7.*

** M. R. S. Tom. II. p. 209 211.

*** Jo. CECKII *Medic. bonon. p. 69. Omnibonus FERRARVS L. IV. p. 269.***** *Grauida carnem suæ Scabiose demortua comedens filiam pe- perit quæ ad XV. usque ætat. ann. durauerit, vid. BEHRMVS c. h. Sect. II. c. XII. §. 33. p. 184.****** PLAT. *obs. L. II. fol. 499.****** Petr. FOREST. *Obb. & curat. chirurg. L. V. obs. II.** Petr. POTERIVS *Cent. II. Cap. I. XV. p. 166.*** referente KIRCHERO *in mundo suo subterraneo L. 12. Sect. I. c. 10.*

LYS*. Menstrua**. Malignam ex occlusis hæmor-
rhoidibus, obseruauit Wolf. GABELCHOV. *** Tubercu-
culosa, cum lateris dextri dolore **** Scabies molesta
ex refrigeratione corporis in aqua frigida *****. Hæ-
reditaria & reliqua *****. Heic unicum tantum mo-
nere uolo: tot Scabiei sunt species seu differentie, quot
sunt vitiosæ sanguinis qualitates, e salibus diuersis &
horum diuersimoda combinatione ortæ. Hinc inde
quilibet Artis Salutaris peritus facile cognoscet, ad quam
cacochymie (§. 5. Cap. II.) & Scabiei speciem (§. præf.
Cap. III.) affectus singularis referendus sit. §. III. Res
naturales consideramus quo pertinent:

ÆTAS e. g. Infantilis ob humidum præternaturaliter
abundans; Puerilis Scabiei humidæ subjecta est ob
adephagiam; Juuenilis ob intemperantiam, vel
promtorem contagii susceptionem.

TEMPERAMENTVM ut sunt: calidum & plus iusto humi-
dum; temperamentum phlegmatico-sanguineum.

SEXVS tam masculinus quam foemineus, præsertim foe-
mininus liberos ad hunc affectum cutaneum dispo-
nens: vel per suctionem lactis acris ex mammis; vel
per manducationem nutricum ægrarum †.

E 2

DISPO-

* Cent. II. obs. 72.

** E. N. C. Vol. I. obs. 205. p. 447.

*** Cent. II. fol. 35. Cent. III. curat. XXI. nec non Amarus LV-
SITANVS Curat. medica Cent. II. Curat. LXXI.

**** BARTHOLETVS de resp. Lib. IV. Cap. VI. p. 200.

***** GABELCH. l. c. fol. 31. & CVRTIVS L. IX. cap. X.

***** JVNCKERVS in Consp. Chirurgico p. 264.

† Dr. J. C. Sprögel's Kinder-Mutter pag. 40. in fine.

DISPOSITIO HEREDITARIA quando præclivitas ad cur-
tis morbum, a parentibus in embryones per conta-
gium feminis spirituosum propagatur; & exempla
§. antec. adducta perlegi possunt.

HABITVS CORPORIS talis est: obesus, carnosus.
VITÆ GENVS vid. §. 3. Sect. I. Cap. I.

IDIOSYNGRASIA Si homines morbum hunc terribilem
sine animi deliquio, videre nequeunt; vel discuti-
sum hoc de affectu institutum sine horripilatione
ferre haud possunt. Quis enim Medicorum est qui
in dubium vocat quod terror, mœstitia, transpiratio-
nem insensibilem interrumpat, hocque pacto morbus
sequitur *

§. IV.

Sequuntur, res nonnaturales, ad scabiei productio-
nem tanquam causæ remotæ contribuentes

AER Calidus humidus simul, qualis est status aeris Au-
strinus, blandus ac jucundus, sed ob calorem jun-
ctum partes actiuas in corpore liberat, & ob earum
copiosum humidum non permittit exitum. Aer
pluuiosus, nebulosus, frigidus, scabiem quoque pro-
ducere valet. Aeris alteratio in vere statum hunc
morbosum producit **; ratio quia transpiratio SAN-
CTORIANA motus est fluidi nostri per poros subtilis-
simi, si vero impeditur, varii tempore vernali ori-
untur morbi.

CIBVS & POTVS: cibi crassi ut: panis male coctus aut
minus

* J. C. Krüger in *Physiol. von der unmerklichen Ausdampfung*
Cap. VIII. §. 187. p. 352.

** HIPPOCRATES Sect. III. aphor. XX.

minutus debile elaboratus, facile pauperes scabiosos reddit quia aude eum ingerunt *. Item pyra crude assumta **. Viscidi e. g. piscium in specie muriatorum, lac malæ notæ, caro suilla sanguinem glutinosum ac pituitosum reddit juxta SALERNITANORVM effatur: quibus in S. ATAMENTAT IMINI

Est porcina caro sine vino pejor ouina; atq; hi

Si tribuas vinum, fuerit cibus ac medicina.

Dyspepti in nutricibus ***. Cibi acres, aromatibus nimium conditi; copia excedentes; cibi quando justo citius sese excipiunt; cibi justo tardius quando sese excipiunt.

POTVS EXCEDENS quantitate ac qualitate nocet, quoniam M. Sea non simplex fluidum aquosum est, eandem ob rationem proportio ejus, ob heterogeneum adueniens sensibiliter mutatur & simul tonus tum physicus tum vitalis debilitatur. Ordine quoque peccat si scilicet tempore chylicationis vel in seram noctem sumitur.

MOTVS & QUIES: Motus vehemens post pastum concoctionem turbat, ex antecedentibus constat. (Sect. I. Cap. I. § 3. Concubitus breui post vel ante prandium æque ac coenam frequenter institutus.

QUIES nimia ad morbos serosos, pituitosos, Feos &c. disponit.

E 3

SOM-

* Conf. BEHRII *Selecta diætica* Sect. II. C. II. §. 3. p. 54.

** J. CVRIO in *explicatione præceptorum a Doctoribus Scholæ Salernitanæ conscriptorum* p. m. 137.

*** Fr. HOFFMANNVS in *Tr. von Kinder-Krankheiten* p. m. 36. §. II.

SOMNVS & VIGILIE. Somnus cum major est quietis gradus, si longe protractus, majori quoque gradu nocet ac quies.

VIGILIE si excedunt, malum ex effato HIPPOCRATIS inducunt *.

ANIMI PATHEMATA e. l. ira, odium, tristitia, amor & id generis, pro suo gradu noxam inferunt.

EXCERNENDA & RETINENDA. Excernenda e. c. sudor quouis modo impeditus, transpiratio insensibilis impedita. Quindicies enim oriuntur morbi ab impedita insensibili transpiratione, quam per omnium reliquarum euacuationum suppressiones. Materia morbifica tempore criseos si ad cutem propulsa fuerit, ibidemque acris ob admistam pituitam tenacem hæret, blandam expulsionem, sui que curationem exposcit, sin autem cæteræ functiones rite se habent, inutiles partes per organa excretoria rejectæ, scabiem oriri non permittunt.

Mensium retentio facit scabiem, (Cap. III. Sect. I. §. 2.) item si hæmorrhoides sunt suppressæ (ibidem) scybala ultra consuetum tempus retenta humoribus acriditatem inferunt. Quicquid vero naturaliter in corpore retinetur, vel ad certam proportionem partium humores componentium conservandam ac determinandam; vel ad certam actionem exercendam retinetur; inde sequitur quod debita M. Sææ quantitas, per præmature institutam V. Snem imminuta, impediatur, faulinas acres partes nocivas, per organa excretoria eliminare

* Apbor. 3. Sect. II.

nare. Dein veritati etiam consentaneum est quod sanguinis per venam emissio, non minus quoque cucurbitularum applicatio larga, in Scabie ut plurimum frustranea & sæpenumero noxia sit.

§. V.

Res præternaturales sunt: morbi prægressi, male curati. Causa morbifica s. miasma scabiosum alteri corpori dispositionem habenti adhærens, rerum non naturalium abusus, uti ex §. præced. patet.

CAP. IV.

Argumentum:

Signa diagnostica §. 1. Prognostica §. 2. Cautela in Scab. observanda ne retrocedat & morbi ex iisdem neglectis §. 3.

§. I.

Multo humore turgidas Scabies humida, exhibet pustulas, quæ ruptæ, ex obscuro albescentem fundere solent liquorem. Reliqua cum pustulis criteria (Sect. I. Cap. I. §. 17.) legi possunt. Pruritus, cutis rubicunda, pustulæ quædam latæ, quædam eminentes, ex quibus sanies interdum glutinosa interdum tenuis fluit*. Humor peccans ex cutis colore cognoscitur: si albidus pituitam, ater melancholiam, pallidus bilem notat**. Pulsus est simplex, naturalis, æqualis***. Urina est albescens sed pro diversitate temperamentorum

* DOLEVS c. l. Cap. IX. Lib. V. p. 1173.

** HAFENREFFERVS in Nosodochio Cap. XVI. L. I. p. 117.

*** Idem ibidem p. 119.

rum variat. Urina furfuracea & dolor circa regionem vesicæ ægrotantis, vesicæ Scabiem indicat*.

§. II.

In affectibus Scabiosis cura in autumnis & hyeme difficilis; in vere & æstate facilis peragitur. Scabies a causa interna difficilior curatu est quam a contagio ab extra orta. Scabies est excretio salutaris dicente HOFFMANNO**. Ubi sponte erumpit, bonum signum præbet; ubi vero contrarium apparet, ibi quoque sinistra quævis ominari licebit. Res non unius sed & crebrioris est experientia, ægros propter multitudinem exanthematum, & minus sufficientem spirituum animalium copiam occubuisse. Neglecta, facilius in impetiginem transit, quæ si non statim ab initio ut opus est curatur, in pforam mutatur. Scabies male tractata certo anni tempore reuertitur. Si Scabies maligna retrocedit, longe majora mala exin oriuntur quam quæ ex simplici s. benignæ humidæ retrocessione nascuntur. Scabies orta in arthritide, epilepsia, bonum signum est, quoniam natura ostendit ut ipsi succurrat morbumque tollat***. In feb. semitertiana si scab. erumpit, febb. intermittentes soluit; ea vero euanescente recurrit****. In vulgus quoque notum est; quibus febri intermittente tertiana, quartana, laborantibus pustulæ in labiis progerminant, subitanea, pro more;

* HIPPOCRATES Sect. IV. apb. 77. & LOMMIVS l. c. Lib. III. p. 325.

** Med. rat. Syst. Tom. I. p. 581.

*** PELARGVS in: obs. clinic. ab Ao. 1721. p. 165. in fine.

**** Adrian. SPIGELIVS L. I. Cap. XV.

more, eruptione, liberari a morbo. Pejor multo præaliis existit Scabies, quæ in membris paralyfi laborantibus efflorescit, nonnunquam præcursor mortis esse solet*. Si pravi humores aphoniam causantes per metastasin translati fuerint v. g. in cutis Scabiem lepræ haud absimilem, eam curatam fuisse**. Ab intempestiua ulcerum & fonticulorum consolidatione sæpe numero oritur Scabies***.

§. III.

Ægrotus probe sibi prospiciendus ne scabiem in cutis superficie hærentem, vel per causas nonnaturales haut rite obseruatas, vel linimenta iusto non tempore adhibita, vel per cingulum Mercuriale, vel per medicamenta poros occludentia, vel per hydrargyrum quod aut in vaporibus aut in unguentis fuerit applicatum, in interiores quasi corporis recessus retrogredi patiatur; aut ad minimum sibi ipsi caueat, ne affectus hic cutaneus retrogressum minans, in effectum ducat, sed potius in tempore ut ei, aptis & quidem medicamentis expellentibus succurrat, necesse est. His autem omnibus neglectis ac leuiter perspectis, grauiora morborum genera & symptomata ut plurimum subsequi solent. Horum recensionem, ut eo luculentius patefiant, quales exin oriuntur morbi, in medium prolaturus sum. Scabies retropulsa affectus soporosos facit, si cerebrum
ejusque

* *vid.* BIERLING. *Pract. obs.* 68.

** *lege* *Diss. de Aponia sub præsid. R. W. CRAVSII à resp. Chr. BILHOCK, Jen. 1702. habitam p. 15. sq.*

*** JUNCKERVS *in consp. Med. theoretico-practica.*

ejusque neruorum principia occupat. Epilepsiam & Conuulsiones obseruauit Cl. b. m. HOFFMANNVS *. Ophthalmiam longam & rebellem per cingulum Mercuriale causatam annotauit WEDELIVS **. Praxi quoque mea clinica exemplum a Scabie retropulsa narratum dignum obseruaui. Infans sexus sequioris, post obitum matris parturientis pramaturum, nutricem Scabie valde laborantem accepit, ex qua dein mediante suctione lactis ex mammarum scabiosa, nutrix vero ab omni impuritate munda exitebat. Ea vero neglecta, retropulsionem tulit & in interioribus corporis recessibus, profundiores egit radices. Annum fere tertium agens pustulas circa mentum accepit, his autem subito euanescentibus, oriebatur ophthalmia oculi dextrum cum pustulis, in corneae parte transparente, stipata. Medicamentis alexipharmacis & bezoardicis in usum vocatis, ophthalm. quoque simili cum tragœdia in sinistrum oculum se diffudit; his vero unacum purgantibus lenioribus continuatis, scabies denique humida latioribus pustulis hinc inde sparsim conspicuis prouenit. Non minus quoque obseruatum fuerit quod retrocessio facta sit per ungt. & cingulum Mercuriale incaute adhibitum, (uti jam pridem de ophthalmia dixi) ex qua dein distorsiones colli, enormes linguæ extra fauces protensæ tumores cum metu gangrænæ &c. fa-

supra

* In seiner vernünftigen und gründlichen Abhandlung der stenehmsten Art der Kranckheiten, p. 108. it. notatu dignum exempl. quod HAGENDORNIUS L. I. Hist. IX. habet.

** in Diss. med. à SNETTERO. Jen. 1713. ventilata de Ophthalm.

Si sunt *. Humor peccans si versus pulmones repel-
litur, asthma humerosum spasmodicum producit **
item respirat. difficilem facit ***. Tussim siccam ex
retrograda obseruauit JVNCKERVS ****. Non minus
etiam scabies repulsa pleuritidem in medium produ-
xit *****. Et quod Scabies non rite curata rachitidem
& phtisin in infantibus facere possit, testatur HOFF-
MANNVS *****. Quod porro ex Scabie abscondita
febres sæpius ortæ sint, in Scriptis Medicis prostant ex-
empla *****. Nec obliuione etiam delendum est, ex-
emplum de mania ex Scabie recondita, quod Posterita-
ti reliquit Amat. LVSITANVS *****. Scabies cum
retroessione stipata ac male tractata, diarrhocam criti-
cam post se relinquit. *****. Anasarca & oedema à
Scabie repulsa sæpius oriuntur, siquidem pituita lym-
phæ, musculorum membranas occupat. Scabritiem
per hydrargyrum tractatam, dubius valde manet euen-
tus; quotidiana enim experientia docet, quod plurimi
hydrargyro curati, post aliquot annorum decursum ulce-
ribus

F 2

-
- * Diss. c. de ophth. Cap. I. §. 8. p. 6.
 - ** J. S. CARL in Praxi Medicin. general. & special.
 - *** HOFFMANN. von Kinder. Kranckh. p. 104.
 - **** in Consp. Medicin. theoretico-practice Tab. LXXVI.
 - ***** Huj. testis ocularis est Hulder. PELARGVS c. I. p. 23. &
HAGENDORNIUS Cap. III. Hist. LVIII.
 - ***** c. I. §. X. p. m. 132.
 - ***** Am. LVSITANVS Cent. II. Curat. XXXIII. B. VII.
 - FAVENTINVS in Medicin. empirica p. 260. WALDSCHMI-
DVS in opp. p. 244. JVNCKERVS l. a. Tab. LXVIII.
 - ***** Curat. Medica Cent. II. Cur. LXXIV.
 - ***** l. a. J. S. CARL annotauit.

ribus phagadænicis n. n. aliis malis satis grauibus affligantur *.

Coronidis loco in memoriam mihi incidit casus singularis, ab Amico quodam cordato Practico, ante annos circiter II, æstiuo in primis tempore obseruatus, quem hac occasione paucis perstringam, simulque ostendam, quod iſterus quoque in cholericis ex scabiè repulsa oriri possit: Fœmina quædam annorum ni fallor XLIII. scabiè sicca diuturniore correpta, tandem anili consilio permota, in usum vocauit empyricum ungr. Ætum Æle justo non tempore illinitum & absque præmissis M. S. corrigentibus juncturis applicatum, hoc factò, doloribus sub dextro cumprimis hypochondrio, lassitudinibus omnium membrorum, ac calore symptomatibusque febrilibus ægra affligebatur, ut opem denique medicam quæsuerit: resoluentibus, bezoardicis & alexipharmacis tractata post VI. dierum decursum, tota in superficie corporis, exanthematibus maioribus (vesiculas pisi magnitudine præ se ferentibus) effloruit; his aliquot post dies profunde suppurantibus apertis, bilis acerrimæ ingens quantitas effluxit, & hoc pacto grauissimus ac notatu dignus feliciter finitus est morbus. Qui plura cupidus est legere exempla, per legat J. T. LAVRENTII diff. **

SECT.

* Tristia hujuscemodi exempla reperies ap. B. V. FAVENTINVM l. a. p. 260. & E. HAGENDORNIUM Cent. I. Hist. IX.

** De Scabiè repulsa præf. Dr. J. J. FICKIO, Jen. 1710. plag. 3.

SECT. II.

CAP. I.

Cura ex Fonte Diætetico.

Heic loci cumprimis respiciendum est:

- I. **A**d diætam præseruatoriam, ubi mortalibus inculcandum est, ne nimis familiares cum talibus scabie laborantibus versentur & illorum rebus utentur. Sic enim nobis ex annalibus Medicis prostant exempla, quæ satis superque monstrant, remque claram & perspectam reddunt, e. g. Vestimenta, lectum & linreamina scabie correptorum haut tuto possumus usurpare, ne vitium cum linreaminibus, aut aliis rebus sudore infectis, sese in poros partium insinuando M. S. inficiat, & vi multiplicatiua simile miasma producat. Id quod HELMONTIUS suo expertus damno his verbis confirmat *: „Adolescens „cuidam Domicellæ valedicturus chirothecam at- „que manum aliquantisper detinui, occulta siccaque „Scabie laborantem. Ego vero inde saniosam Scabiem mox contraxi. Ac dein obseruavi pluries mantilia Scabiosorum psoras propagasse.

Huc quoque quadrant verba Diuini Numinis præcipientis de leprosis, omnibus iis qui in societate cum infectis viuunt ne eorum utensilia siue instrumenta, antea nondum probe absterfa in usum quotidianum vocent **.

F 3

Et

* in Tr. Scab. & ulcera Scholar. §. 3.

** Levitic. XIII. v. 14. 15.

Et puerorum æque ac puellarum in scholis exemplum, si eorum nempe miasma Scabiosum, alias ac præcipue infantes contingit, quorum humores quam in adultis pituitosiores sunt, eo facilius simili afficiuntur corruptione, eamque seruant.

II. Ad diætam quod attinet Curatoriam probe obseruandus est usus VI. rerum nonnaturalium; (Sect. I. Cap. III. §. 4.) Dein scabiosi, quantum eis possibile est, sibi caueant, ne nimis frequenter se scalpant, alias ex parua sæpius scabie magnam faciunt, & pruritus magis magisque excitant, ut in prouerbio quoque Gallis notum est: Trop parler nuit, trop gratter cuit, viel reden schadet, viel fragen jucket. Sed huiusmodi patientes tranquillo potius animo aduersam valetudinem moderate ferre, ac quotidie distinctione hocce, mente secum voluere debeant:

Quam nescis fortem mutare: memento ferendam,
VLCERA qui scalpit, deteriora facit.

SYLVIVS vero omnibus ac singulis suadet, quod crustæ non tam facile separari debeant, quia sub ipsis, tota felicius contingit cura. De cætero autem, ut eo felicius cura peragatur, præmissis internis, quoque externa requiruntur medicamenta, de his vero in subsequentiis ultimis capitibus sermo erit.

CAP. II.

Ex Fonte Pharmaceutico.

Vbi in primis tenendum est, si M. Seæ status pituitosus viscidus ac lentus, profunt resolutentia, aperientia

rientia dein absorbentia & leniter euacuantia; partim ad diaphoresin, diuresin & partim ad aluum laxam directa, e. g. TR. § acris, TR. § fata, TR. § alcalica cum Vin. ligni fassafra extracta, item cum ∇ Bezoardico facta, vel si lubet cum \cup cochleariæ parata; TR. ∇ acris, MR. aperit. MR. antiscorbut. MR. aper. ex arc. ∇ . TR. §, Eff. hell. nigri, lignorum, & \cup ∇ aa. Heic maxime profunt purgantia pro scopo reuellendi v. g. hydragoga, lympham corrigentia: pulv. ∇ lis Teichmeyer. (qui \mathcal{E} . Magnes. rubræ, æthiop. mineral. & diaph. aa.) MP. ∇ lium, § \mathcal{E} le cachectic. pulv. æth. miner. viperar. aa. \ominus mirab. per septimanam quotidie \mathcal{Z} . Pulu. purgans: \mathcal{R} . Rhab. elect. \mathcal{Z} . \mathcal{X} lor. ∇ . § diaph. aa. \mathcal{Z} . M. pro I. Dos. Pulu. abstergens & roborans: \mathcal{R} . Cremor. ∇ \mathcal{Z} . Fl. \mathcal{A} . \mathcal{Z} aa. \mathcal{Z} ib. M. D. in VI. part. æquales. Nutricibus hoc in affectu propinari potest: TR. § per se, vel balsam. Eff. lign. aa. vel MR. ex Eff. alexiph. Stahl. \mathcal{Z} . rhab. TR. § aa. \mathcal{Z} . M.

Infantibus matre adhuc sugentibus, recensita modo MR. à gt. viij. in lacte materno dari potest; vel in usum quoque vocari potest MR. ex Eff. alex. Stahl. \mathcal{Z} . rhab. \mathcal{Z} . M. Dos. viij. - x. gt. vel TR. rhab. alcalica cum ∇ farum parata. Dos. gt. xij.

Statum vero quod attinet nimis fluxilem & acrem ille corrigendus est per absorbentia, leniter incrassantia ac purgantia, ut sunt: pulu. absorbentes, pulu. ex \ominus . arc. dupl. aa. \mathcal{Z} . Corall. lap. \mathcal{E} aa. \mathcal{Z} . ij. Fl. \mathcal{A} . \mathcal{Z} \mathcal{M} . F. pulu. p. dos. \mathcal{Z} . Pulu. tonitruans; \mathcal{A} § \ominus rum. Pulu. abstergens interne. Fl. \mathcal{A} . pulu. bez. Wed. aa. \mathcal{Z} . M. p. ii. Dos.

Er

Et inter medicamenta pforica tanquam specificum refertur ♀ interne sumtum, ut id testatur GEOFFROY * Pill. balsamic. Dr. Ernest. Stahl's, pill. Peruvianæ Hadriani à MYNSICHT. **. Pulu. purgans in Scabie: ℞. pulu. Jialap. nigr. ℥j. ꝑ Oti gr. viij. resin. scam. gr. ij. ℞. foenic. gr. j. M. F. pulv. D. in Caps. S. Purgier-Pulver des Morgens auf einmahl zu nehmen. Pulu. digestivus in Scabie: ℞. xllor. ꝑ ℥j. Jalapp. rad. Ari. ℞. nativ. aa. gr. iij. M. F. pulu. D. in Capsul. S. Abends vor der Purgans zu nehmen. Bolus purgans: ℞. Conseru. fumar. ℥j. Syrup. de Cichor. cum rhab. ʒss. M. F. l. a. Bolus conspergatur ff. D. in charta incerata. S. Purgier-Bislein auf einmahl zu nehmen, und ein Paar Schäligen Thee darauf zu trincken. Ess. lignor. fumar. absynth.

* Dans le traité de la matiere medicale. où traite de l'histoire des vertus, du choix &c. Section V. chapitre troisieme p. 312. du Soufre. „Il est encore approuvé de tout tems comme un remède très-efficace pour les maladies de la peau. Car soit qu'on le donne interieurement ou exterieurement il querit la gale, la gratelle, la dartre. Le soufre pris interieurement lâche le ventre & excite la transpiration que l'on reconnoit aisément par l'odeur de soufre qu'exhalent les corps de ceux qui en ont pris interieurement & par la couleur brune & noire dont se trouve lâche l'argent & l'or qu'ils portent. Le soufre se repandant donc très-promtement par tout le corps, il peut envello per, par ses parties balsamiques, les sels âcres, qui corrompent les humeurs dans ces maladies, en adoucir l'âcreté & retablir une quantité louable, douce & comme huileuse dans les humeurs, par où les petits ulcères de la peau & des poumons se quervissent.

** Thesaurus & armamentarium Medico-Chymicum Sect. VI. p. 151.

absynth. composita item Elix. pptis c. liqu. anodyn. mineral. paratum, TR. ð balsamica unum ad omnes profunt.

Item Vinum enulatum, absynthiacum, cochleariæ & id generis vina Medicata, sed parua dosi imbibenda sunt. Decoctum lignorum & Decoctum sequens pro potu ordinario adhiberi potest: Rz. Rad. Helen. Bardan. Scorz. Glycyrrhiz. Polypod. aa. ʒ^o. Hb. Fumar. Scordii, Scabios. Veronic. Arnic. aa. M^o. Lign. Sassafr. Sassaaparill. Raf. CC. aa. ʒij. C. C. g. m. M. D. in Chart. S. täglich ein oder zwey Stug-Bläser voll, und noch mehr zu trincken. Et Jo Jacob. FRAVENKNECHT summis elogiis deprædicat Fumifunctionem *.

Quodsi Scabies retropulsa fuerit, expellentibus ea reuocetur e. c. Eff. alex. Stahl. MR. simpl. MR. bez. simpl. & MR. bez. Ali, Eff. myrrh. per se vel cum Eff. stomachica TR. ð ʒfata, qua mediante particulæ ææe miasma seu contagium ad superficiem corporis citius vehunt. Horum autem si ex voto tibi haut cedat, ea ratione curam instituendam habes, quam morbus ex scabie retropulsa ortus sibi postulat.

In scabie nodosa & ulcerosa, profunt morsuli KYNCKELII ex ð crudo parati. Reliquas Scabiei species Medicus ex diagnosi judicari oportet, & dein curam secundum humorum peccantium crasin instituere debet.


CAP.

* in sua diss. de genuinis viribus tabaci ex principiis ejus constitutivis demonstratis præf. BÜCHNERO, Halle Magdeb. 1746. plag. 3. ventilata.

G

CAP. III.

Ex Fonte Chirurgico.

Medicamenta heic recensenda quæ veniunt, externa audiunt & præmissis debite internis, bono cum successu, sed non promiscue in usum vocari possunt, quin immo mitigationem & palliativam locis affectis curam præstant, quorsum spectant: In oculorum affectibus scabiosis ac leprosis bals. ophthalmic WEDELI in ulceribus sordidis pro absterfione bals. ♀ RVLANDI, & cost. Nicotianæ, & laurin. express. in linimentis. Perunctis calide juncturis aruum tribus vicibus alternis diebus, ingrediatur postea patiens in lectum calentem per I. vel alteram hor. & ei propinari debeat vel TR. Itis vel bez. vel MR. aper. Linimenta quoque sunt quæ eximium præstant effectum, v. g. HAFFENREFFERY ex ♀. album. oui, butyro non Sto *. Nostræ ordinationis: Butyr. majal. non falsi ʒj. ♀ viii. ʒij. ♀ ʒiio. Myrrh. ♀ lycopod. aa. ʒj. M. F. Linimentum. & thereb. ʒj. coquatur ad consumptionem humiditatis; dein addantur Fl. ♀ ʒij. Camph. ʒij. M. F. ungt. Unge. contra Scab. in Dispens. Brandenb. 244. Unge. alb. cum, ibid. 240, & ♀ p. d. cum & Samb. tritum pro uncto commendat b. m. WEDELIVS **. Profunt & lotiones varii generis: Lixivium fociarum  ðii alcalicum ***. Hb. Nicotianæ decoctum

* in Nosodochio Cap. XVI. L. I p. 121.

** Pharmac. acroamaria Lib. Fl. Sect. III. Cap. 7. p. 352.

*** B. REICHMEYERVS in Insitut. chemie dogmatic. & exper. p. 228.

Etum pro lotionē manuum exhiberi potest quia ob
 princip. ꝑ eo. Onum abstergit. ꝑ 3j. ∇Ψ vii. mens.
 I. in scabie foetida & horrenda, applicatur calide, hac ta-
 men cautela obseruata, si inflamm. abest; ea vero præ-
 sente ∇ phagadenica balsamis est miscenda, v. g. ∇ sclo-
 petaria, ∇ Vin. ꝑto, theriacali &c. sed corpus cali-
 dum quoque conseruari debet*. Porro maxima cum
 spe, squalorem & abominabilem manuum aspectum
 amittendi, à quibusdam nulla habita ratione ad id vel
 aliud subiectum, sequentes in usum medicum vocan-
 tur aquæ: ∇ ꝑtoria viridiscula aurifabrorum, ∇ æ à
 ꝑtorum ꝑlium confectioe residuæ; item ob Oium
 actionem per ꝑ quod possident, furfures quam abster-
 gendo infringunt & temperant huc referuntur: e. g.
 furfures hordeacei, triticei, farris, amygd. dulc. & ama-
 rarum. Emplastra sequentia sunt: Empl. de minio, de
 spermat. ranarum, diaꝑris RVLANDI & reliqua. Pro
 mundificatione ulcerum Scabiosorum inspergi potest:
 ꝑ lycopodii, cum parua myrrh. quantitate; item in ul-
 culculum apertum poni queat parum gossypii cum
 unguento pomadino ac sebo. Restant ad ultimum ma-
 culæ formositatem cutis auferentes, hinc delendæ sunt,
 ut cutis pristinam acquirat elegantiam & taliusmodi
 remedia sequentia sunt: Ungt. citrinum, decoct. faba-
 rum, & lixiuium pisc. lupi. (quod vero vetularum est
 remedium usitatissimum) Si maculæ conjunctam ha-
 beat inflamm. internis, si absque ea cosmeticis & cau-
 tificis tractandæ sunt: Lac virginis, ∇ ꝑti aa. ∇ sarum
 G 2 p. II.

* Dr. Casp. NEVMANN in. prælect. chemicis P. I. Cap. I. Sect.
 III. p. 56.

p. II. in pust. faciei & Gutta rosacea *. \mathcal{V} . Θ * aa. \mathcal{J} .
 dissolue in ∇ calida spermatis ranarum \mathcal{V} Rosar. aa. \mathcal{J} ij.
 huic admisceantur \mathcal{R} lithargyrii \mathcal{Z} \mathcal{V} anth. \mathcal{Z} ij. **. An
 V. S. & Cucurbitularum usus suadendus sit? resp. si à
 quantitate ipsius lymphæ & plethora vera præsentè ori-
 tur, tunc permittendus; si autem in qualitate sanguinis
 vitium, plane rejiciendus est. (Sect. I. Cap. III. §. 4.)
 In quantum vero balnea in usum vocanda sunt, hec
 merito quæritur? Si balneorum usus in septimana una
 vice adhibetur, non multum periculi facit, quam si
 quotidie instituitur, quia sinister euentus à posteriori
 nobis patet, in iis quibus viscera debiliora sunt ***.
 Et G. W. WEDELIVS, "in Scabiosis inquires: solemus
 "ante balneum sudoriferum propinare, post ipsum ve-
 "ro unguentum contra Scabiem ordinare pro meliori
 "absterfione & mundificatione ****. Balnea parari
 possunt ex rdd. & hbb. emoll. aper. abstergentibus trau-
 maticis atque antiscorbuticis, cum baccis lauri, Junipe-
 ri & \mathcal{R} caballino.

Pro concessis huc usque feliciter viribus tam cor-
 poris quam etiam mentis Supremum TIBI Numen,
 humilissimas ex deuotissimo pectoris scrinio ago gra-
 tes, & in posterum ut meos quoque labores bene-
 dicere velles exclamo!

GLORIA IN EXCELSIS, SIT TIBI MAGNE
 DEVS.

* NEVMANNVS c. I. p. 57.

** Idem ibidem.

*** HIPPOCRATES Sect. V. aph. 22.

**** in medicamentorum compos. extemporanea p. m. 100.

Geehrt und Werther Freund! Dein ungemeines
Fleiß,
Den Du von Jugend auf in Lernen angewendet,
Hat Dir den Weg gebahnt, der sich vergnüget endet.
Die Tugend wurd von Dir allzeit sehr hoch geachtet;
Die Krancken-Heilungs-Kunst mit Emsigkeit betrachtet:
Drum schenckt Hygæa Dir verdienten Ruhm und Preis.

Mit diesem wenigen wollte dem Herrn Neo-
Doctori schuldighst gratuliren, und sich zu fern-
erer Gewogenheit bestens empfehlen

Ludovicus Benedictus Grauel, *Goth.*
Med. Cultor.

A mis! savures á long Traits,
Les honeurs duës a Tes Travaux,
Au Jour, qui selon Tes souhaits
Se montre dans son plus beau,
Ou Serane, Te voit *Auteur*,
De Ta *Thèse*; très satisfaite
Ta place au Rang des Docteurs.
Je m'écrie de Joye parfaite,
Tu represente en ce Jour
Un Fontaine d'eau Cristalline
Qui servira tour à tour
De Miroir de Medecine.
De Miroir, à qui veut suivre
Tes Traces; enfin, ton Etat

G 3

De

De Medicine, pour fair Vivre
Que Dieu, y donne son Fiat,

*Recevez ces presentes en signe de
veritable amitié*

*Monseur, & tres honoré Docteur
de la part*

*De votre très humble & tres
obeissant serviteur*

Auguste Gothelf Grauel,
Opponens.

Wiel Glücks, mein Freund! zum Doctor-Hute,
Den Du durch Deinen Fleiß erreichst,
Und darum, mit gefestem Muthe,
Auf öffentlichen Lehr-Stuhl steigst.
Glück zu! dem recht erwünschten Lohne,
Der ein wahrhafter Zeuge ist:
Daß Kunst und Wissen bey Dir wohne,
Und Du der Würde würdig bist.
Nun zeig auch andern durch Dein Wissen,
Daß in der Kunst der Arzenei,
Der Du Dich eiferigst beflissen,
Auch ein gelehrter Schiller sey.

*Seinem Hochgeehrtesten Herrn Vetter zu Ehren
wollte dieses wenige besetzen*

J. C. Welz, Stud. Jur.

Wer Tugenden besizet,
Und edle Wissenschaften übt;
Hat Güter, die man billig liebt,
Berehet und unterstützet.

Weil

Weil nun an Dir die Tugend lebt,
Kunst, Wissen, Deinen Geist erhebt;
So fällt mir dieser Schluß als unumstößlich ein:
Du müßtest, Edler Freund! mit Recht ein Doctor seyn.

Wie diesen wenigen Zeilen, wolle seine innerliche
Freundschafts-Bezeugung, bey der erlangten Do-
ctor-Würde an Tag legen

Deffen aufrichtiger Freund und Vetter,

Johann Zach. Schröter, B. N. B.

Nur Elßner-Feld kam lezt die Zeitung ein,
Nur sollt Galen, der Arzt, bekümmert worden seyn:
Ob diese Ober-Welt, noch gute Aerzte hege,
Von deren Argeney, sich alle Kranckheit lege?

Es wurde ihm darauf zur Nachricht überbracht,
Daß auch Herr Schiller jetzt zum Doctor sey gemacht.

Ey gut, sprach er darauf: nun kömmt ihr den Galen
In jener Oberr-Welt, so gar an Schillern sehn;
Ihr Krancken freuet euch! Sein Fleiß wird euch das Leben,
Und den Verblichenen den Athem wieder geben.

Darauf begab Galen sich wiederum zur Ruh,
Mein Freund! dies werde wahr: ich wünsche Glück
Dazu.

Hiermit wolle seinem Hochgeehrten Herrn Vetter zur
erlangten Doctor-Würde von Herzen gratuliren,

Deffen aufrichtiger Freund und Vetter,

Ernestus Augustus Roesch,

Rev. Minist. Cand.

Freund! wenn der Doctor-Hut nur denen zugehört,
Die durch Gelehrsamkeit sich drum verdient gemacht,
So

So wird er Dir mit Recht, mit allen Recht verehret;
Weil Du mit grossen Ruhm, Dein Lernen hast voll-
bracht:

Ja, wer wie Du studirt, und gleichen Ruhm begehrt,
Der ist des Doctor-Huts so gar gedoppelt werth.

Dey Erinnerung der jederzeit vertraut gepflogenen
Freundschaft, konte, bey des Hoch-Gelehr-
ten Freundes, erhaltenen *Gradu Doctoris*, seine
Freude nicht bergen,

Deffen aufrichtiger Freund und ergebener
Diener,

C. G. Büchner, R. M. C.

Galen giebt nicht allein des Plutus Ueberfluß,
Nein, er bekrönt zugleich, zum äussersten Verdruss
Selbst des Justinians, die heilbar nütze Lehre,
Und den, so sie besitzet, mit Titel, Rang und Ehre.
Und das mit allem Recht. Wer die Natur versteht,
Wer deren Wirkungen durch Fleiß und Kunst erhöhet,
Wer das verdorbene weiß wieder herzustellen,
Bey den gehöret der Ruhm zu seinen Erbgefallen.
Wohl Dir, Gelehrter Freund! daß Du die edle Zeit
Der gar zu nütze Kunst von Jugend auf geweiht:
Denn Du betriffst nunmehr des Ehren-Tempels Stufen,
Und wirst einst, glaub es nur, viel höher hinauf geruffen.

G. H. Werner,
der Mathematick Ergebener.

✻ (0) ✻

✻

01 A 6576


ULB Halle 3
002 931 664



TAOC

Sb.







Farbkarte #13

Centimetres

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Q. D. B. V.
 RATIO INAVGVRALIS
 ICO-PRACTICA

DE
 E HVMIDA
 TANQVAM
 V CONTAGIOSO

QVAM,
 CIIS DIVINITVS
 ONCESSIS
 NSV ET AVTORITATE
 MEDICORVM ORDINIS
 ET PERANTIQVA HIERANA
 ACADEMIA

ADV DOCTORIS
 IN ARTE SALVTARI HONORIBVS
 ILEGIS DOCTORALIBVS
 EGITIME IMPETRANDIS
 H. L. Q. C.
 VII. AD D. XXVII. MENS. MARTII,
 ERATI EXAMINI SVBJICIT
 TOR ET DEFENDENS
 RISTOPH. SCHILLER,
 HVRINGO-ERFVRTENSIS.

R F O R D I A E,
 G I A N I S, A C A D E M I Æ T Y P O G R A P H I.